

sit, & hoc malum appositum. Quod autem pœnas tenebrarum nomine dixerit: audi quid lequitur.

*Antequam comedam sūp̄iro: & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus.* Inter cateros cruciatuſ, etiam hanc ei dia‐bolus infirmatatem inflixerat, quam infirmatatem medici bo‐liodes appellant: que infirmitas talem habere dicitur pœnam, ut ante cibum torqueatur ægrotus, & sint ei post ci‐bum indefinentes dolores. Unde dicit: Quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus.

*Quia timor quem timebam evenit mibi.* Timebam enim peccando laderem Deum, & ille offensus, iram iustitiae sua in me exerceat. Sed quid profuit cavigile à peccatis: quandoquidem ut reus omnium peccatorum discrucior? Se‐quitur,

*Et quod verebar accidit:* Aliis verbis ipsum repetit, quod superius dixerat. Pro confirmatione dicti solent in scripturis talia iterari. Non arroganter hac dicit, ut faciat Deo injuriā: sed conscientia merito liberè loquitur.

*Nonne dissimulavi?* Non reddendo retribuentibus mihi mala.

*Nonne fui?* Ut non deliquerem in lingua mea, posui ori meo custodiā.

*Nonne quieti?* Sciens cùm surrexerit in iudicio Deus, quod salvos facturus sit omnes miseros.

*Et venit super me indignatio.* Indignationem hoc loco plagarum molem dicit, quam refert super se cecidisse, cuius pondere & doloribus se gemit obrutum: cùm ipse esset, ut superius ait, morbus cæstigatus: quas pœnas in consequentiis, sagittas dicit: sicut ait: Sagitta Domini in me fuit: quarum indignatio ebit spiritum meum: sive ut alia translatio habet, ebit sanguinem meum. Et propriè sagittæ vermes possunt intelligi: qui ab eis indesinibus stimulis pungebatur: sicut ipse Job ait: Et qui me comedenter, non dormiunt. Quos diabolus ad comedendum cum actiores faciebat, & illi quasi indignantæ & irascientes, ita carnem ejus morsibus fodiebant, ut velut sagitta viscerum interiora penetrarent. Explicit ubi Job maledixit diem nativitatis sue.

#### Caput I V.

**R**ESPONDENS autem Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestæ accipies. Sea conceptum sermonem tenere quis poterit? Concepta ergo verba edit in iuriam audientis, & dicit ita.

*Ecce docuisti multos.* Id est, quamplurimos solertia tua, & bonitate ab erroribus revocasti.

*Et manus laſtas roborasti.* Vacillantes confirmaverunt sermones tui: & genua trementia confortasti. Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: teigisti te, & conturbasti. *Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua & persistencia viarum tuarum?* Ita ergo in sanctum Job cum irrisione dicuntur: & ictum habent senum: si haec & haec feciles quæ dixi: nunquam in hac tam mala ad exemplum mortalium inciditis, quia Deum terum omnium conditorem bonum scimus & iustum.

*Recordare obsecro te: quis enim unquam innocens periret, aut quando recti deleri sunt?* Quin potius vidi eos qui operari iniquitatem, & seminanti dolores, & metunt eos, flante Deo perire, & spiritu ira ejus esse consumptos. Ergo ignoras Abel in principio innocentem occisum, & Abraham Patriarcham propter uxorem suam fuisse periclitatum: & haec non discernens, generaliter das sententiam, ut cùm ali hominum flagellentur a Domino, ut emendentur, alii ut probentur de quibus iste est, cur huic velut reo pœnam exprobias, quin potius eos qui operabantur iniquitatem flante Deo perire: id est, ut iudicis sententia velut vento vehementissimo sublatos à spe externe vita.

*Rugitus leonis, & vox leane: & dentes catulorum leonum contriti sunt.* In rugitu leane & voce, levitatem depravantis voluit significare.

*Tigris perire, eo quod non haberet predam, & catuli leonum dissipati sunt.* Porro ad me dictum est verbum absconditum: In tigri velocitatem ejus ad spoliandos homines, prædamque ex eis capienda describit, cuius etiam catuli similes ejus dissipati sunt & interempti. In alia editione pro tigri, myrmidon: id est, formica, & leo, quem nos verius diabolum dixerimus: qui quando prædam agit, de sanctis tanquam

de majoribus rebus, ut leo habendus est: quando vero minima querit auferre, formica dicendus est. Et quia sicut formica grana de area, ita ille cogitationes bonas auferit de cordibus hominum.

*Et quasi furioè suscepit auris mea venas susurrus ejus.* In horrore visionis nocturna quando solet sōpor occupare homines: pavore tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et cùm spiritus me presente transtaret, in horrum pilis carnis mee. Stetit quidam ejus non cognoscens anulum, imago coram oculis meis, & vocem quasi aura tenis audiuit. Nunquid horum Dei comparatione iustificabitur: aut factore suo purior erit vir? Id est, latenter ad aures cordis mei: virtus sententiae velut quodam spiramine penetravit.

*Ecce qui serviant ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperiunt pravitatem.* Quantomagis hi qui habitant domos luteas. Dicitur quidem diabolo, qui quondam sanctus angelus fuit, quid in veritate non steterit, & ab illa sublimitate angelica propria voluntate decidetur: sed tamen non est continuo generale: ut sicut in illo, ita & in omnibus angelis inveniatur pravitas, qua est peccatum. Omnis enim natura, sine dubio creata, capax peccati est: ut apparuit in angelo de quo dixi: quia in veritate non stetit: tamen per donum & gratiam creatoris sui, ita in amore charitatis illius transferunt: ut jam nec velint peccare, nec possint.

*Qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea.* Si domus luteæ sunt corpora noſtra: fundamentum domorum nostrarum, vitam hanc temporariam effici credendum est: qua subtrahit, domus luteæ ruunt in mortem.

*De mane usque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in aeternum peribunt.* Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia. In uno die, totam vitam hominum monstravit, qua in mundo vegetat. In parvulus florit, in juvenibus convalecit, & robatur matura ætate; in senioribus, tanquam in fructibus, & postremum in decrepita senectute conficitur, quam hic vesperam appellavit. Unde est illud in psalmo: Mane sicut herba treseat: & reliqua: decidit in morte, induratur in cadavere.

#### Caput V.

**V**OCA ergo si est qui tibi respondeat: & ad aliquem sanctorum convertere. Virum stultum interficit iracudia, & parvulum occidit invidia. Ego vidi stultum firmaradice, & male dixi pulchritudinem ejus statim. Longè feni filii ejus à salute, & conteretur in porta, & non erit qui reueat. Stultum dicit, qui de suis meritis gloriatur. Sed hic pulchritudinem, nomine falsa felicitatis appellat: quæ maledicenda est, & execranda est: quia eam sequitur interitus sempernus.

*Cujus mestem famelicus comedet: & ipsum rapiet armatus, & bibent stientes divitias ejus.* Nihil in terra sine causa sit: & de humo non egredietur dolor. Sintentes, famelici, & armati: diabolus & sui possunt intelligi, qui potestatem accipiunt à Deo, ut vastent iniquos: vel stientes hominum mortem, omne scilicet bonum naturæ: & quod nomine diuinitatum dictum est, ab eis velut haustum poculum absorberet: vel homines iniqui, qui prement subjectos.

*Homo nascitur ad laborem, & avis ad volatum. Quam obrem ego deprecabor Dominum: & ad Deum ponam eloquium meum.* Id est, labor hominem monet, ut ab omnibus vita scit, & iustum.

*Qui facit magna & inscrutabilia: & mirabilia absque numero.* Qui dat pluviam super faciem terre: & irrigat aquis universa. Qui ponit humiles in sublimem: & marentes erigit sapientie. Ut in Filio Dei homo Christus sit Deus & per eum Ecclesia.

*Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implore manus eorum quod cooperant.* Iudeorum videlicet, qui Christum putaverunt extinguerem, & nomen ejus delere de terra. Vel in martyribus persecutorum Ecclesia adversantium dissipavit cogitationes: sicut Herodis in Petro. Et alter: Non implent manus eorum quo volunt, quia alii eorum liberant ad tempus: alii vero per januam mortis introducuntur ad vitam: & istos, & illos salvabit Deus. Illos aperte liberando, hos occulte coronando.

*Qui apprehendit sapientes in astutia eorum: & consilium*

*pravorum dissipat.* Philosophos scilicet, vel Iudeos doctrinam apostolicam convincens, & ad nihil errores eorum redigens.

*Per diem incident tenebras.* Dies erat in Iudeis, de regno, sacerdotio, lege, unius etiam Dei religione gloriantibus: sed non credentes in Christo, tenebras perfidae incidentur.

*Et quasi in nocte sic palpabunt in meridie.* Utique profertatis suæ: quæ cùm solito circa felices sæculi hujus splendoræ vanæ gloria amplius fuerit, qua se longa securitate munitos putabant eam utique ad ætatis suæ velpteram posselluros: in tribulatione subita, quæ noctis nomine dicta est, stupore nimio, in angustiis coarctati, mortis etiam timor percussi, palpare dicuntur, perditæ utique consilio quid facerent ignorantes.

*Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum: & de manu violenti panperem.* Christum à blasphemis Iudeorum: quia lingua eorum gladius acutus fuit, dicendo, crucifige, eum.

*Et erit egeno spes: iniquitas autem contrahet os suum.* Beatus homo qui corrigitur à Domino. In reparationem ergo Domini ne reprobes: quia ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus ejus sanabunt. In sex tribulationibus liberabit: & in sepiora non tanget te malum. In fane eruet te de morte: Refurrectionis Christi virtutem ostendit.

*Et in bello de manu gladii.* Sed videamus ne forte gladium peccatum dicat, dimicans contra animam hominis, ut eam tibi acquiescentem prostrerat. Quod peccatum gladii nomine dicitur per Prophetam, ut ait: Speculator si viderit gladium venientem.

*A flagello lingua abscondens: & non timebis calamitatem cum veneris.* Si conversus fueris ad Deum, interioria tua, gladii verborum, per linguam jaculati non penetrant: & calamitatem, vel mala quæ à Deo irrogantur peccatoribus, non timebis.

*In vastitate & fame ridebis.* Ridebis, dixit: pro, exultabis atque gaudebis: & letus eris, cùm alios videris fame affici, five præsenti, five etiam intellectuali.

*Et bestias terra non formidabis.* Hæc septima extrema que tribulatio. Bestia terra, possunt & ita animantia, quæ sunt sine ratione intelligi: quibus ad devorandum homines dantur in potestatem, & homines mali, bestiae appellantur, mores habentes similes moribus bestiarum: contra quas pugnasse se Ephesi dicit Apostolus: Non formidabis ergo, inquit, hoc malum, cum correptus à Domino, viam emendationis intraveris.

*Sed cum lapidibus regiorum pactum tuum.* Lapidés per metaphoram, homines dixit stabiles & quietos, qui sunt utique iusti & sancti: hi namque in modum lapidum firmi in Deo sunt, per regiones varias constituti. Cum his itaque habebis pactum solidæ charitatis, ut ab eis nunquam te aliqua tribulatio possit avellere.

*Et bestia terra pacifica erunt tibi.* Homines videlicet quandam feri & mali, in innocentia ut oves effecti: nomes tamen pristinum retinentes, sicut de Mattheo Evangelista dicitur: Mattheus publicanus.

*Et fœtes quod pacem habeant tabernaculum tuum.* Ab ipsis omnibus quibus velut ab hostibus expugnatur tabernaculum, vel habitat, five dominus corporis tui.

*Et visitans speciem tuam non peccabis.* Hoc dicit: Hominis tui speciem quod Job, ut divina visitatione dignam exhibeas peto: ac habitationis & habitantis nomine, totum integrum hominem signavit.

*Et scies quoniam multiplex erit semen tuum: & progenies tua quasi herba terra.* Spiritualiter de omnibus sanctis dicuntur sentire possimus, quod filios in operibus bonis habent. Iti tales filii cogitationum semine concepti pariuntur in opera, & sancti hujus generationis multitudine gloriantur: quoniam talibus magis quam carnalibus filiis Deo placere voluerunt. Potuit ergo Eliphaz, quasi consilium dans Job, ita dicere: Si conversus ad Deum fueris, ita ut te tuorum operum antiquorum pœnitent, cordis tui virtutibus, velut feminis abundabis. De quibus opera bona, tanquam sanctitatis filios poteris procreare: ita ut progenies operum tuorum multitudini herbarum virulentum comparetur: quarum radices, si spe intus habeas in corde defixas: terra tua flores cum fructibus germinabit.

*Et qui caput, ipse me conterat. Solvat manum suam & succidat me: & hac mibi sis consolatio, ut affligens me dolore, non parcat: nec contradicam sermonibus sancti? Quia est enim*

*vus tritici in tempore suo.* Consummatis annis proiecta etatis, plenusque dierum in tumulum positus requiesces, ut in tempore justi judicij Dei, à soribus peccatorum minimis & levibus purgatus inveniaris: velut triticum quod coaceratur in aream.

*Ecce hoc ut investigavimus, ita est, quod auditum mente pertraxit.* Hoc dicit, quecumque à me tibi dicta sunt, diligenter investigata vera noveris: quæ ipse ad emendationem tuam, debes corde percipere.

#### Caput VI.

**R**ESPONDENS autem Job dixit: Utinam appendenteretur peccata mea quibus iram merui: & calamitas, quam patior in flatera: quasi arena maris hac gravior appareret. Unde & verba mea deo sunt plena: Dicitis me peccatis meis facientibus ita pati: propter quod velim ut peccata contra calamitatem hanc quam patior pensarentur, & illici videretis: quia haec ipsa calamitas velut arena maris, supra horum peccatorum merita ponderaret.

*Quia sagitte Domini in me sunt, quarum indignatio ebilit spiritus meum: & terrores Domini militant contra me.* Hic potest videri, quod superius sagittarum nomine vermes dixerit: à quibus tum indefiniter pungebatur, nec loqui permittetur: non quod vermes talem fenestrum habuerint, ut hoc iudicent, sed permisus Dei, à potestate adversaria: ut actiores essent, etiam ipsi mortibus agebant: sicut locusta, musca & rana in Egypto. Quid autem dixit: terrores Domini militant contra me: potest ipsi diabolus cum suis intelligi: qui adhibuit cruciatibus, ut cederet Job: & ut innocentiam sanctitatemque amitteret, insuper terroribus minabatur: quod etiam multi perlecedores, ministri diaboli, sancti martyribus facere voluerunt. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. Ecce hic manifestè ostendit, quod velut hostes inimicique diaboli, & sui acriter militarent: hi enim maligni spiritus, diverso modo accipiunt potestatem: ad aliorum quidem damnationem, aliorum vero emendationem, aliorum autem probationem: qui de suis moribus vel ministerio, mali five terræ, vel etiam latrones nuncupantur. Omnia dedit in manibus eorum, id est, prædonum. Omnia utique quæ habui, five filios meos, five substancialia: sicut & meipsum dedit Deus in manibus diaboli, five suum satellitum.

*Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam: aut mutiet bos cum ante præsepe plenum steterit?* Sicut enim illa cum abundant pabulis, nullam quafi querelarum vocem emittunt, ut pabuli inopiam protestentur: simili modo, inquieti & ego si pacem & quietem potius quam bellum haberebant in membris, & in anima mea: nullum sermonem amarum aspergim proferrem.

*Aut poteris comedи insulsum, quod non est sale conditum.* Quomodo ratio non sinit naturalis, ut quicquam insulsum comedì possit: ita ego nihil insulsum, nihil stultum contra Deum, nihil quod non fidei sale conditum est, operatus sum.

*Aut potest aliquis gustare, quod gustatum afferit mortem?* Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur. Sicut enim nemo mortiferum aliquod comedit, ut vita sua inimicus sit: ita ego peccatum contingere pertimescam.

*Et visitans speciem tuam non peccabis.* Hoc dicit: Hominis tui speciem quod Job, ut divina visitatione dignam exhibeas peto: ac habitationis & habitantis nomine, totum integrum hominem signavit.

*Et scies quoniam multiplex erit semen tuum: & progenies tua quasi herba terra.* Spiritualiter de omnibus sanctis dicuntur sentire possimus, quod filios in operibus bonis habent. Iti tales filii cogitationum semine concepti pariuntur in opera, & sancti hujus generationis multitudine gloriantur: quoniam talibus magis quam carnalibus filiis Deo placere voluerunt. Potuit ergo Eliphaz, quasi consilium dans Job, ita dicere: Si conversus ad Deum fueris, ita ut te tuorum operum antiquorum pœnitent, cordis tui virtutibus, velut feminis abundabis. De quibus opera bona, tanquam sanctitatis filios poteris procreare: ita ut progenies operum tuorum multitudini herbarum virulentum comparetur: quarum radices, si spe intus habeas in corde defixas: terra tua flores cum fructibus germinabit.

*Quis det ut veniam petitio mea: & quod expœto, tribuat mibi Deus?* Hæc mihi sit consolatio, ut finem pœnæ vel cruentum meorum, remedii mortis obtineam.

*Et qui caput, ipse me conterat. Solvat manum suam & succidat me: & hac mibi sis consolatio, ut affligens me dolore, non parcat: nec contradicam sermonibus sancti? Quia est enim*